



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

8. De Conjugio leprosum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

cifor infidelis fit, modò adultera fit fidelis, in Ecclesia, licèt punire infideles non possit, potest tamen punire fideles, eos inhabilitando ad matrimonium, si delicto ab infideli commisso cooperati sunt.

Q. 5. An ab ignorantibus tali crimini arceat esse impedimentum dirimens, illud incurrat? Probabile est, quod non. Ratio; quia pœnæ reservantur per Leges Ecclesiasticas impositæ, decurruntur ab ignorantibus eas annexas delicti, ut patet in ignorante censuram annexam delicti esse autem Legem hanc pœnalem probatur in Legem pœnalis definitione. Deinde ignorantia facti excusat ab impedimento criminis, cum mulier peccans cum viro sub promissione matrimonii, quem ignorat esse conjugatum, illud contrahat, ergo ob paritatem rationis etiam ignorantia juris excusabit.

TITULUS VIII.

De Conjugio Leprosorum.

Q. 1. An Leprosus, (vel alius morbus contrahens, ut pestis, tabes venerea, phthisis) dissolvat sponsalia de futuro contracta? Resp. Si sit leprosus perveniens sponsalibus, dissolvit *c. fin. h. t.* non quidem ipso jure, sed ubi sanus velit ea dissolvere si præcessit sponsalia, sed fuit ignorata, eodem modo dissolvit; quia verisimile non est, quod quis leprosus profæ matrimonium promittere cogitaverit; habendaque hæc est pro notabili mutatione.

Q. 2.

Q. 2. *An per Lepram supervenientem vel precedentem ignoratam dissolvatur matrimonium quoad vinculum?* Neg. sive matrimonium sit jam consummatum, utpote cujus vinculum est indissolubile *Matth. 19. v. 9.* sive sit ratum tantum, quia vis ipso jure dirimendi matrimonium ratum, soli Professioni Religiosæ competit *c. 2. & 7. de convers. conjug.* Posse tamen matrimonium ratum tantum dispensativè à S. Pontifice solvi, esseque hanc causam sufficientem & justam, dispensationis obtinendæ, tenet cum aliis Sanchez.

Q. 3. *An sanus conjugi leproso teneatur reddere debitum?* Resp. I. Si judicio Medicorum lepra non sit maligna, nec contagiosa, conjux sanus tenetur tam ad cohabitandum, quàm reddendum debitum. *c. 1. & 2. h. t.* Secus est, si probabile infectionis periculum immineret, hoc enim casu ordinata charitas individui proprii incolumitatem præferre docet. *Wiestn. h. t. n. 6.* ait, illum difficilius à cohabitatione & redditione debiti absolvi, qui sciens cum infectâ matrimonium contraxit, eo quòd sibi periculum infectionis debeat imputare. Item quòd facilius absolvatur à redditione debiti, quàm ab omnimoda cohabitatione, cum ex cohabitatione sola tantum periculi incurri non soleat, quantum ex commercio carnali.

TITULUS IX.

De Conjugio Servorum.

Q. 1. *An subsistant matrimonia cum servis inita?*

Resp. I. Matrimonium cum servo improprie